XENOPHONTIS
OPERA OMNIA

RECENSITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA.

VOL. IV. SECT. I.

CONTINENS

XENOPHONTIS OECONOMICUM.

ED.

LUDOVICUS BREITENBACH.

GOTHAE, MDCCCXLI.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(Londini apud Black et Armstrong.)

XENOPHONTIS

OECONOMICUS.

RECOGNOVIT

ET

INTERPRETATUS EST

LUDOVICUS BREITENBACH,

PHIL. DOCT., GYMNASII SILUSIANI PRAECEPTOR
EIUSQUE ALUMNORUM INSPECTOR.

GOTHAE, MDCCCXLII.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.)

PRAEFATIO.

Universae philosophiae Socratis, qualis a Xenophonte traditur, non id est propositum, ut rerum divinarum et humanarum pernoscat causas, vel investiget origines, sed ut docendo, quid bonum sit atque honestum, singulos homines informet ad vitae beatitatem, cunctasque civitates perducat ad felicitatem [1]). Unde fit, ut duae potissimum existant philosophiae Socraticae partes: ethice, qua demonstratur, quomodo unusquisque homo sibi conciliet καλοκαγαθίαν; politice, quae docet, qua ratione singuli homines bonam atque perfectam efficiant civitatem. Iam vero, quia cum familia paterfamilias instar minoris civitatis est in maiore, huiusque prospera conditio sita est in re domestica civis cuiusque bene administrata, accedit tertia pars: oeconomia. Primus particulatim peculiaribus libris ethicen, politicen et oeconomiam tractavit Aristoteles. Plato, qui virtutem hominis vel patrisfamilias, nisi civitatis legibus obnoxii, cogitari posse negat, omnes tres illas disciplinas uno libro comprehendit, quem inscripsit Civitatem. Fundamenta autem tripartitae illius philosophiae iecit Xenophon. Hic enim in Commentariis quasi totum ethices Socraticae ambitum declarare conatur, quanquam haud pauca ibi leguntur, quae ad politicen potius, vel ad oeconomiam

[1]) Xenoph. Comment. I, 2, 64.

pertineant, in Cyropaedia partem quandam politices persequitur, oeconomiam docet in Oeconomico [2]).

Oeconomia est ars rem familiarem bene administrandi. Haec in Socratis doctrina gravissimi momenti est propter duas causas: primum non solum variam praebet voluptatem et utilitatem [3]), sed etiam ad assequendam εὐδαιμονίαν prorsus est necessaria [4]); deinde suae domus administratione civis evadit idoneus, qui publico munere fungatur, si quidem publica administratio a privata nihil differt, nisi rerum amplitudine [5]); accedit, quod re familiari neglecta civitati munera, quae debet, praestare nemo potest [6]).

Hanc igitur materiam Xenophon dignam habuit, quam peculiari libro exponeret, cui perpurgandae singularem operam navaret. Itaque dialogus in Oeconomico, id quod secus habet in Commentariis, non sine certa quadam ratione, singulisque partibus haud temere compositis, scriptus est. Primum enim apparet totum librum de industria in duas divisum esse partes. Earum prima, quae Socratis cum Critobulo sermonem comprehendit, loco prooemii est, et rem quasi praeparat; altera demum, quae Ischomachi et Socratis colloquio efficitur, de administratione domestica quae proponenda erant praecepta tradit. Deinde vero utraque pars, quae connectitur illorum, quae antea disputata sunt, repetitione (cap. VI.), etiam interiori quodam vinculo inter se cohaeret. Nam vocabuli οἶκος definitio (cap. I.) praecipue ad illum locum spectare videtur, quo negotia et viro et feminae peculiaria diserte discernuntur. Considerate porro factum est, quod (cap. I. et III.) de causis, quibus res familiaris plerumque deminuatur, disseritur, quia infra (cap. VIII — XIV.), qua via ac ratione tuenda et amplificanda sit illa, praecipientem Ischomachum Socrates erat inducturus. Item denique, quo consilio de artis rusticae utilitate ac nobilitate (cap. IV. et V.) explicatum sit, patet, si quidem praestitutum erat, ut de eadem arte Ischomachus praecepta daret infra (cap. XV sqq.).

---

[2]) V. Goettling. in Praefat. ad Aristot. Oeconomicum, Anonymi Oeconomica, et Philodemum de vitiis etc. p. V sq. — [3]) Xen. Comment. II, 1, 19. IV, 5, 10. — [4]) Ibid. IV, 1, 2. — [5]) Ibid. III, 4, 12. IV, 2, 11. — [6]) Ibid. IV, 1, 2.

His verbis una accipis brevem huius libri dispositionem. Hanc vero, quam primis tantum lineis descripsimus, cave, ne ita pertexi opineris, ut singuli materiae loci necessaria quadam consequentia ordinentur, subtiliter unoque dialogi tenore inquirantur et ab omni parte denique absolvantur. Incompta potius illa sermonis simplicitas grataque disputandi facilitas, quam — veri, non personati illius Platonici — Socratis propriam fuisse scimus, si in quopiam alio Xenophontis libro, maxime cernitur in Oeconomico. Unum illud, quod propositum est, per totum quidem dialogum usque spectatur, et arte, quae dicitur μαιευτική [7]), ad finem perducitur; sed digressionibus, quae ad ipsam rem minus pertinere videntur, interpositis, a directa sermonis via passim declinatur, deinde oratione, aut ubi erat interpellata, aut ubicunque convenit disputantibus, denuo excepta, quae iam explicata sunt, repetuntur, vel amplius dilatantur, usque dum res satis tractata satisque illustrata esse videatur. Iucunda autem, quae inde nascitur, dialogi varietate fit, ut argumenti, si qua est, severitas vel ieiunitas lectori minime taedium moveat, ut potius oblectetur, quod tanquam ambulando per varia domus conclavia, per agros, hortos et vinea, et auscultando magis quam cogitando harum rerum aliquam adipiscatur cognitionem. Nonnihil ad oblectationem conferunt etiam lepores aliquot, e. c. quae de Socratis divitiis (cap. II.), vel de Niciae equo (cap XI.) memorantur; eodem pertinet de Cyro et Lysandro narratio (cap. IV.).

Iam quaerendum est, doctrina, quae traditur Oeconomico, quae sit et qualis. Administrationi domesticae adhibentur ethices Socraticae praecepta. Docetur enim (cap. VII, 14.) etiam in hac re debere σωφροσύνην obtinere, h. e. observanda esse quae ex naturali quadam lege bona sint et utilia, quae recti et sani sensui quoquo modo conveniant [8]). Deorum igitur veneratione, qua fas sit, rem pie esse auspicandam (cap. VII, 7 sq.); deinde omnem administrationem distribuendam inter viri vices et feminae, ut

[7]) V. not. ad XVI, 8. — [8]) Hoc sensu σωφροσύνη opponitur μανίᾳ Comment. I, 1, 16. et par habetur σοφίᾳ ibid. III, 9, 14.

utrique ea cura mandetur, quae ipsius ingenio et naturali indoli maxime apta sit, viro nimirum quae foris, feminae quae intra domum versetur. Quicunque autem administrationis aliquo modo particeps est, ante omnia illis debet imbui virtutibus, quae Socrati ubique sunt primariae: ἐγκρατείᾳ [9]), ἀνδρίᾳ [10]), δικαιοσύνῃ [11]). Ἐγκράτεια commendatur viro et feminae (VII, 27.), villico (XII, 11.), ancillae (IX, 11.); ἀνδρία viro (V, 13 sqq.); δικαιοσύνη viro et feminae (VII, 15.), villico (XIV, 2 sqq.), ancillae (IX, 13.). Aliae accedere debent virtutes, quae ad eandem σωφροσύνην pertinent: ἐπιμέλεια in rebus peragendis et curandis necessaria viro et feminae (VII, 26. IX, 14. 18 sqq. XII, 19. XX, 4 sqq.), villico (XII, 9.), ancillae (IX, 11.). Ad benevolentiam et obsequium instituenda est uxor (VII, 10.), villicus (XII, 5 sqq.), ancilla (IX, 12.).

Argumentum huius libri amplius persequi alienum est ab instituti nostri ratione. Sed tamen duo sunt, quae imprimis digna videntur, de quibus paucis iam agatur. Primo loco commemoranda est vitae conditio, quae uxori ab Ischomacho conceditur. Ex huius praeceptis uxor viro fida comes esse debet et amans qualiscunque sortis socia. Viri autem est illius et animi et corporis saluti pro viribus consulere, eamque, quam plerumque vix quindecim annos natam omniumque rerum rudem ducit, erudire et ad bonum quodque et honestum informare, communicatis aliquando cum ea etiam iis, quae ad publicam vitam spectant. Ut vir extra domum, sic materfamilias regnat in familia. Non solum agere debet quae conclavium et rerum domesticarum cura requirit, sed liberos etiam nutrire et educare, et servis prospicere, quo fiat coniugi magis magisque dilecta familiaeque honorata. Unde apparet haec Xenophontem ea mente scripsisse, ut feminae sortem aliquanto liberiorem et honestiorem redderet, quam quae plerumque mulieribus Atheniensibus fuisse traditur. — Altero loco de praeceptis, quae ad agriculturam spectant, pauca monenda sunt. Agricultura, si agros possidet paterfamilias,

---

9) Comment. I, 5, 4. — 10) Ibid. IV, 6, 10. — 11) Ib. IV, 4, 11.

administrationis partem efficit, et quidem gravioris momenti. Ampliorem igitur huic parti concedendum fuisse locum consentaneum est. At vero ut singula quaeque ad artem rusticam spectantia singulatim pertractaret, id non minus, quam ut de unaquaque actione domestica deinceps dissereret, ab auctoris animo alienum fuit. Quo enim consilio instituta sit de agricultura disputatio, claris verbis aperit Socrates cap. XXI, 1: *Ἀτὰρ ἐννοῶ γε, ὡς εὖ τῇ ὑποθέσει ὅλον τὸν λόγον βοηθοῦντα παρέσχησαι. Ὑπέθου γὰρ τὴν γεωργικὴν τέχνην πασῶν εἶναι εὐμαθεστάτην* [12]). Demonstratur hanc artem esse facillimam tractatu, dummodo quis prudenter agat quae ipsa natura et usus quotidiani sana observatio eum doceat, dumque liber sit ab incuria et negligentia. Cur igitur ex sexcentis, quae exstant de agricultura, praeceptis ea tantum, quae pertineant ad soli naturam, eius tractationem, sationem, frumenti praeparationem, arborum et plantarum cultum, accipias, quae in suo genere sunt primaria, et ex iis quidem ea, quibus optime probari posset quod erat probandum, non est quod mireris.

Quanquam de loco, quem Oeconomicus inter ceteros Xenophontis libros obtineret, et de consilio, quo compositus esset, non semper recte iudicaverunt docti homines, tamen in eo omnes consenserunt, haud ineleganter scriptum esse neque sine magna oblectatione legi hunc librum. Iam Cicero eum dignum existimavit, quem in suam linguam verteret, quod paucis tantum et praecipuis Graecorum scriptis contigit. Recentiori vero tempore novum repertum est testimonium, quo apud antiquos Xenophontis Oeconomicum inter eiusdem vel similis argumenti libros vel principem tenuisse locum arguitur. Philodemus Gadarensis, philosophus Epicuri disciplinae adscriptus, Ciceronis senior aequalis, librum scripsit: *περὶ κακιῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων ἀρετῶν καὶ τῶν ἐν οἷς εἰσι καὶ περὶ ἃ* [13]),

---

12) V. ad hunc locum notata et XV, 10 sq. — 13) Hic liber est in Papyrorum Herculanensium vol. III., quod C. Rossini edidit Neapoli a. 1827. Eundem deinde una cum Aristotelis et Anonymi Oeconomicis edidit Carolus Goettlingius. Ienae 1830.

in quo inter virtutes morales oeconomiam recenset. Ibi diserte quae Xenophon et Aristoteles — vel potius Theophrastus ex Aristotele — de oeconomia prodiderunt, in trutinam vocantur. Quanquam sciri non potest, num in iis, quae initio libri perdita sunt, Antisthenis, Metrodori, Xenocratis aliorumve, qui de hac re literis mandaverunt, scripta perlustrata fuerint, id tamen certo contendere licet, inter gravissimos huius generis libros a Philodemo numeratum esse Oeconomicum; hoc enim maxime inde apparet, quod magnam ille operam dat, ut in Xenophontis praecepta, quemadmodum potest, ut Epicureus, singulatim vel animadvertat, vel ea refutet. Exponendi vero, quibus rationibus utatur ad refutandum, hic non est locus. Satis habeo commemorasse multa reprehendi, quae Epicureorum disciplinae, imprimis illis de voluptate et de ἀταραξίᾳ placitis, repugnare videantur, deinde Socratici sermonis indolem a Philodemo parum cognosci, quum Socratem perstringat, qui uno sermone Critobulum oeconomiam docere conetur, et Ischomachum castiget, qui de hac arte tam vulgaria ac trita fere praecipiat Socrati.

Restat, ut de Oeconomici libris manuscriptis et editis agamus.

L. Codex Lipsiensis membranaceus, cuius accuratam exhibet notitiam G u s t a v u s S a u p p e in Praefat. ad Xenoph. Opusc. Min. p. XIII. sq. Eiusdem Viri Doctissimi egregia liberalitas concessit mihi quae ipse ex illo libro in suum usum notaverat, ea nimirum, quae S t u r z. in Lex. Xen. vol. I. p. 27 sqq. vel non recte profert, vel plane omittit. Inde intellexi permulta ibi e correctione ab eadem, nonnulla etiam ab altera manu scripta esse; ubi hoc aut illud factum est, id fideliter monui. Ceterum vehementer dolendum est lacunam esse inde a cap. XII, 8. usque ad cap. XIX, 16.

G. Codex Guelferbytanus, quem in Praef. ad Cyropaediam descripsit C a r o l u s Z e u n i u s. Post eum comparatus est a Schneidero, novissimo tempore ab E d u a r d o K e r a t i o, qui quae ab illis perperam exscripta vel prorsus

neglecta essent in editione sua diligentissime enotavit. Huic igitur ubique fidem habui. Vera scriptura etiam in hoc libro saepissime debetur alteri manui.

Codices Parisienses, quorum variae lectiones editionis, quam Gailius Paris. 1804—1816 curavit, vol. septimo continentur. Libri, quos contulit Gailius, hi sunt:

A. n. 1643. Parisiensium optimus et accuratius, quam ceteri, comparatus. Corrigentis manus vestigia ibi sunt frequentissima.

B. n. 2955. ne primum quidem caput plenum praebet.

C. n. 1646 et D. n. 1647. admodum lacunosi et negligentius collati.

E. n. 425. Inde paucae tantum proferuntur lectiones.

Y. Gailius dicit esse le manuscrit d'un savant. Lectionis discrepantia bis terve notatur.

Vill. Scripturae ex margine libri Villoisonii excerptae et a Weiskio in extremo Operum Xenophontis volumine publicatae.

Vict. Variae lectiones, P. Victorii manu editioni Aldinae, quae est in bibl. regia Monacensi, adscriptae, quas publico usui tradidit Fr. Iacobsius in Seebodii Miscellaneis criticis vol. I. part. I. p. 157 sqq.

Stob. Lectiones, quas Stobaeus in Sermonibus exhibet, ubi discrepant, plurimam partem Stobaei arbitrio vel etiam casu ortae. Excerpsit Stob. ex Oeconomico: IV, 2—3., IV, 19., V, 1—17., VI, 4—5., VI, 12—16., VII, 43. Diligenter comparavi Stob. ed. Francof. ap. Wechel. 1581, ubi quae pertinent ad Oeconomicum leguntur in pagg. 398, 399, 540, 598, 739 sq. 749 sq. Non pauca inde Schneiderianis vel substitui, vel addidi.

Philod. quae apud Philodemum in libro περὶ κακιῶν κτλ. servatae sunt scripturae. Ad manum habui Goettlingii editionem. Aliquoties confirmat vulgatam, de qua editores iniuria dubitaverant.

Cicero. Quum liberi interpretis egerit personam, raro tantum eius interpretatio, ubi de lectionis varietate disceptatur, alicuius momenti est.

Fragmenta, quae maximam partem Columella de Re Rustica nobis servavit, a Bachio collecta Oeconomici

editioni praetexuit etiam Zeunius. P. Victorii Varias Lectiones, in quibus fragmenta, quae sunt e Columella, cum Graecis Xenophontis comparantur, adipisci mihi non contigit. Columellae editiones Gesneri (Manh. 1781) et Schneideri (Lips. 1794) ad manum habebam.

Codices omnes, quum saepius in iisdem vitiis perperam consentiant, ex uno neque eo optimae notae fonte emanaverint necesse est. Diversas tamen eorum discernere licet familias. Eandem originem duxerunt L. A. C. D, imprimis L et A. Ubi hi libri, ceteris ab iis dissentientibus, conspirant, usque fere veram lectionem, vel certe sani aliquid dant, e. c. VII, 42: ποιήσῃ. VIII, 2: ὅ σε αἰτῶν. VIII, 3: ὡς τάξις. VIII, 17: εὑρήσομεν. XI, 5: οὐδὲ ὑγιαίνοντα. XIX, 16: ἐδίδαξέ με. XX, 8: ὅτι βέλτιόν ἐστι. XX, 12: ὑγροῖς τε. XX, 23: ἐπὶ βέλτιον. XX, 24: ῥᾴδιον καὶ μαθεῖν. Huic bono consensui saepius accedunt Vict. et Vill. Perraro autem ex sola librorum L. A. C. D consensione aliquid mali prodit, et ubi sunt vitiosi, ceteros et mss. et edd. vel omnes vel partim in eadem labe constrictos videmus. Inter omnes codices Lipsiensis, qui accuratissime scriptus est, sine dubio primum obtinet locum; interdum etiam solus genuina verba servavit, e. c. I, 7: Σὺ δ' ἔοικας. VII, 21: καὶ ἐκ τοῦ σιτοποιαί. VII, 11: βουλόμενος. VIII, 17. (cum Vill. et Vict.): εὐεύρετον. XX, 8: ἔχει. Alteram familiam ducunt B. et G. Hic plurimum consentit cum editionibus veteribus, imprimis cum Iuntina. Persaepe enim communes et plurimam partem pravas habent lectiones, e. c. I, 14: ἥν τις ἐπίσταιτο. VII, 25: εἰςαχθέντα. 31: ἃ ἂν — εἰςφέρει. VIII, 10: καὶ εἰδέναι. 11: ἐδοξασκευῶν et κνίηται, et σεμνὸς κομψός. 12: ἀνθρώποις, et ὅσοιπερ. 17: πλουσίοις. 20. 21. XV, 1. XVII, 5. 8. XVIII, 1. XIX, 18. 19. XX, 24. XXI, 4. 5. 6. 8.

Editiones, interpretationes et commentationes, quibus usus sum, sunt hae:

Ald. **Aldina**, a. 1525 Venetiis edita, ex bibl. regia universitatis Lipsiensis meo usui concessa.

Bas. I. **Basileensis**, sive Brylingeriana prima, a. 1545,

quam possidet Guil. Altenburg, gymnasii Silusiani conrector. Quum nancisci non potuissem Iuntinam, ad cuius exemplum haec editio plane excusa est, eius discrepantes scripturas exhibui, ubicunque Schneiderus negligenter vel omnino non inspexisse Iuntinam mihi videretur. Ubi autem nihil nisi Iunt. scriptum videbis, ibi ed. Bas. I. prorsus eadem habet.

Volat. Raphaelis Volaterrani interpretatio Latina, editioni Bas. I. adiecta. Raro a me commemoratur, quia liberior potius et iusto brevior interpretatio est, quam versio.

Bas. II. Basileensis, sive Brylingeriana altera, 1555. Haec a prima eo tantum differt, quod ubique fere Castalionis emendationes receptae sunt; et hanc ob causam lectionis varietatem diligenter inde descripsi.

Camerar. Ioachimi Camerarii interpretatio Latina, Ethicorum Aristotelis Nicomachiorum explicationi subiuncta. Francof. ap. Andr. Wechelum. 1578.

Steph. I. Stephaniana prima, 1561, quam mutuatus sum ex bibl. regia scholae Portensis. Eius peculiares lectiones ubi silentio praeterit Schneiderus, indicavi.

Steph. II. Stephaniana altera, 1581, quae est ex libris Caroli Mueckii, gymnasii Silusiani collegae tertii.

Streb. Iac. Lodovici Strebaei interpretatio Latina, editionibus Bas. I. et Steph. subiuncta.

Leunclav. Editio Leunclavii tertia cura recognita. Accesserunt et interpretatio Latina et Aemilii Porti notae. Francof. ap. Andr. Wechelum 1596. Haec et Camerarii interpretatio sunt in bibl. regia gymnasii Silusiani.

Leunclav. Leunclavii interpretatio ab Aemilio Porto recognita etc. Francof. ap. Andr. Wecheli haeredes. 1595. Hunc librum et ed. Bas. II. accepi ex bibl. regia universitatis Halensis.

Wels. Welsiana. Oxonii 1703. Repetita est Lipsiae 1763 Thiemii studio.

Io. Aug. Bachii editio Lips. 1749.

Zeun. Zeuniana. Lips. 1782.

Mosch. Animadversionum in Xenoph. Oeconomicum Specimen etc. scripsit Chr. Iul. Wilh. Mosche. Francof. ad Moen. 1793.

Weisk. Weiskiana. Lips. 1802. Praemissa est de Xenophontis Oeconomico dissertatio, qua docetur eum non tam ad docendum quam ad delectandum esse conscriptum, ostenditurque, illa delectatio e quibus rebus oriatur.

Schneid. Schneideriana. Lips. 1805.

Gail. Gailiana. Paris. 1804 — 1816. Ipse liber quum mihi non praesto esset, Gustavus Sauppe, quem iterum propter insignem erga me benignitatem et humanitatem honorificentissime appello, librorum Parisiensium varias lectiones ad Oeconomicum pertinentes, ex septimo Operum volumine ab ipso non sine labore descriptas mihi misit.

Reis. Editio Gulielmi Kusteri (Reisigii). Lips. 1812. Huius censuram scripsit Schneiderus in Annal. liter. Ienensibus. 1812. p. 454 sqq.

Schaef. Tauchnitziana, quam curavit Godofr. Henr. Schaeferus. Lips. 1818.

Dind. Dindorfiana. Lips. 1824.

Voigtl. Voigtlaenderi brevis de locis nonnullis in Xen. Oeconomico disputatio. Schneeberg. 1827. programma.

Steger. *Versuch, einige Stellen in Xenophon's Oeconomicus zu verbessern. Wetzlar* 1830. *Programm.*

Quaestionum de Xenophontis Oeconomico Particula. Scripsit Ludov. Breitenbach. Halis. 1837. Huius et prioris libelli censuram fecit Gustavus Sauppe in Ann. N. Phil. et Paed. Lips. 1839. T. XXV, Fasc. II. p. 209 et 223.

Kerst. Xenophontis Oeconomicus. Cum annotatione critica ed. Eduardus Kerst. Lips. 1840. Hoc libro publicantur aliquot Godofredi Hermanni coniecturae.

Libros ante Stephanum editos comprehendi nomine editionum veterum (edd. vett.).

De ratione, qua ego omnibus his subsidiis usus sim, pauca sufficiant. Veterum codicum scripturas revocare operam dedi, ubicunque per Graecae linguae et maxime Xenophonteae usum id fieri posset. In quo studio potissimum id agendum putabam, ut emendationes, quas Henricus Ste-

phanus invitis libris atque praeter necessitatem intruserat, saepius etiam quam a Dindorfio factum est exstirparem. Nam de Stephani libris ego quoque valde dubito. Quanquam interdum exhibuit quae ex Parisiensibus libris petita esse possunt, multo frequentius tamen dubitari nequit de suo illum coniecturas dedisse, praesertim quum permultis locis editionum lectiones retinuerit, ubi ex illis codicibus meliora depromi poterant. Quae cum ita essent, non dubitabam recipere, si L. A. C. D vel praestantius aliqnid praeberent, vel etiam quod ferri aliquo modo posset. Idem feci, ubi omnes libri mss. in lectione consentiebant, quae probabilis esse videretur. Hac in re sine interiori elocutionis Xenophonteae scientia omnino nihil praestari posse me nemo facilius confitetur. Cuius quidem scientiae quantum sit, quod me adiuverit, penes alios erit iudicium; sed tamen, si non omnia me fallunt, satis multa sunt, quae vel reddidi Xenophonti, vel, antea suspecta, stabilivi; sunt vero etiam quae, quod aperto vitio laborarent, medicina critica sanare conatus sim. Lectionum varietatem plenam fere exaravi, eamque multis partibus quam antea veriorem; addidi autem quaecunque alicui usui esse possent. Quas Xenophontis verbis subieci annotationes, quanquam potissimum discipulis destinatae eorumque ingeniis accommodatae, plura tamen etiam viris offerent, quae vel rei vel linguae studiosis haud ingrata obveniant. Id maxime spectavi, ut Xenophontem e Xenophonte explicarem, qui ubi non sufficeret, ad Platonis vel alius cuiusque boni scriptoris graecitatem confugi. Rem non minus interpretandam curavi quam verba; in illa illustranda non vereor ne passim nimis multus sim, quod, sicubi factum est, propter rei difficultatem fore, ut veniam impetrem, spero. Tirones satis frequenter non solum ad Matthiaei, Buttmanni, Rostii, Bernhardyi, sed etiam ad Hartungi grammaticam nuper editam delegavi. Popponis, Bornemanni, Krügeri, Sauppii et aliorum notas, ubi ex re esse videbatur, in usum meum converti, quod et illorum virorum et lectorum pace fecisse mihi videor. Summaria denique, quae Schneiderus unicuique capiti praemisit, plurimam partem denuo refeci; si quae gravioris momenti omissa erant, in-

serui, quae minus locum mererentur, delevi; omnino efficere studui, ut vel ex summariis totius dialogi tenorem facilius teneres singularumque partium cohaerentiam melius perspiceres.

Postremo nihil magis in optatis habeo, quam ut et praeceptoribus et discipulis, quam huic editioni impendi, opera aliquem fructum paret. Hunc quoque Xenophontis librum, non minus quam optimi lectu dignum, et publicis scholis et privatis iuvenum studiis frequentius velim subiici; quod ut fiat si me aliquid contulisse intellexero, magnis me et amplis affectum esse praemiis putabo.

Silusiae prid. Cal. Mai. MDCCCXLI.

XENOPHONTIS

OECONOMICUS.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

Socrates docet Critobulum oeconomiam esse artem, et eam quidem, quae cernatur in administranda domo, sive sua, sive aliena; ad domum pertinere quidquid bonorum quis possideat; in bonis autem numerandum esse quo quis sic uti possit, ut fructus inde percipiat; quodsi non pauci sint, quibus e bonis, quae habeant, pro utilitate redundet detrimentum, huius rei causam esse libidines et cupiditates, quibus illi homines misere serviant.

Ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ οἰκονομίας τοιάδε 1
διαλεγομένου. Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Κριτόβουλε, ἆρά γε

Ξενοφῶντος. L. G. A. Y. Ald. Iunt. Bas. II. addunt ῥήτορος.
Οἰκονομικός. Y. edd. vett. Steph. addunt λόγος. Cic. de senect. 17, 1. nihil evincit; similes autem habemus inscriptiones Ἱππαρχικός, Κυνηγετικός; accedunt grammaticorum testimonia.
Cap. I. §. 1. C. Ἤκουσα δὲ αὐτοῦ (Σωκράτους suprascriptum ab a. m.); D. om. καί; E. δὲ αὐτοῦ ποτε καί; Vill. ἤκουσα δέ ποτε τοῦ Σωκράτους καὶ τοιαῦτα; Ald. Streb. Steph. Weisk. ποτε τοῦ Σωκράτους καί; Bas. I. II. om. ποτε; δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ dat etiam marg. Steph.

Cap. I. §. 1. Ἤκουσα δέ] Sic scribit Xenophon respiciens quae antea de eodem Socrate prodiderit. Conferas librorum

ἡ οἰκονομία ἐπιστήμης τινὸς ὄνομά ἐστιν, ὥςπερ ἡ
ἰατρικὴ καὶ χαλκευτικὴ καὶ ἡ τεκτονική; Ἔμοιγε δο-
2 κεῖ, ἔφη ὁ Κριτόβουλος. Ἦ καὶ ὥςπερ τούτων τῶν
τεχνῶν ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν ὅ τι ἔργον ἑκάστης, οὕτω καὶ
τῆς οἰκονομίας δυναίμεθ' ἂν εἰπεῖν ὅ τι ἔργον αὐτῆς
ἐστι; Δοκεῖ γοῦν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, οἰκονόμου ἀγα-
3 θοῦ εἶναι εὖ οἰκεῖν τὸν ἑαυτοῦ οἶκον. Ἦ καὶ τὸν
ἄλλου δὲ οἶκον, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἰ ἐπιτρέποι τις
αὐτῷ, οὐκ ἂν δύναιτο, εἰ βούλοιτο, εὖ οἰκεῖν, ὥςπερ

L. G. A. edd. vett. καὶ χαλκευτικὴ; B. C. D. E: καὶ ἡ χαλκ. Ita, praeennte Stephano, editores post eum scripserunt omnes. Schaefer. ad Dionys. de Comp. verb. p. 4. coniecit ὥςπερ ἰατρικὴ καὶ χαλκευτικὴ καὶ τεκτονική; coll. §. 3: ὁ μὲν γὰρ τεκτονικὴν κτλ.

§. 2. G. L. edd. vett. δυνάμεθ' ἂν; δυναίμεθ' ἂν; qnod Castal. et Steph. dederunt, est etiam in Vict. — B. om. ἑκάστης — ἔργον. — A. Δοκεῖ οὖν.

§. 3. A. ἐπιτρέπει. — In G. L. A. B. C. D. E. Vict. edd. vett. ante οἰκονομικός deest articulns. — Reisig., cui antea, ἔμοιγε δοκεῖ in de Rep. Lac. et de Rep. Ath. initia, imprimis Symposii, cuius exordio, licet invito Herbstio, certissime spectantur Commentarii. Ceterum hac libros auspicandi ratione ἀπροοιμιάστῳ Xenophon ntitur nbique, excepta Cyropaedia et Lacedaemoniorum Repnblica.

Κριτόβουλε] Critobulus, Critonis filius, homo admodum dives, erat ex iis, qni saepius dicuntur οἱ ξυνόντες αὐτῷ, qnod apparet non solum ex hoc libro (imprimis e cap. III, 7.), sed etiam e Comment. II, 6. I, 3, 8. et e Symp. (maxime e cap. IV, 27.). V. ad II, 7. III, 13.

καὶ χαλκευτικὴ] Hanc scripturam tnetur Bernhardy. Synt. p. 318. coll. Plat. Gorg. p. 469. E: Καὶ τά γε Ἀθηναίων νεώρια καὶ τριήρεις καὶ τὰ πλοῖα πάντα. Phaed. p. 85. A: ἥ τε ἀηδὼν καὶ χελιδὼν καὶ ὁ ἔποψ. Cratyl. p. 422. E: ταῖς χερσὶ καὶ κεφαλῇ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι; (Bekker. hoc et altero loco ex uno cod. articulum addidit). Auctori, qni antea scribere volebat tantum ἡ ἰατρικὴ καὶ χαλκευτική, deinde in mentem venit addere καὶ ἡ τεκτονική.

§. 2. *δυναίμεθ' ἂν εἰπεῖν*] Haud scio, an scribendum sit δυνάμεθα εἰπεῖν, unde facilins enasci poterat quod est in libris et edd. Iuvabit conferre XIX, 1: πῶς ἂν — τὰ μὲν ἀμφὶ τὸν σπόρον ἐπισταίμην, τὰ δὲ ἀμφὶ τὴν φυτείαν οὐκ ἐπίσταμαι;

ὅ τι ἔργον αὐτῆς ἐστι] Ab ἔργον pendet τῆς οἰκονομίας. De αὐτῆς perspicnitatis gratia illato v. Herbst. ad Xen. Comment. II, 3, 9. Confundit plane diversa Frotscher. ad Hier. VI, 1: Βούλομαι δέ σοι — κἀκείνας εὐφροσύνας δηλῶσαι, ὅσαις ἐγὼ χρώμενος, ὅτ' ἦν ἰδιώτης, νῦν, ἐπειδὴ τύραννος ἐγενόμην, αἰσθάνομαι στερόμενος αὐτῶν, ubi αὐτῶν infertur, quia στερόμενος genitivum requirit, cum antecessisset dativus.

§. 3. *Ἦ καὶ —, οὐκ ἂν δύναιτο —;*] De hac structura v. ad §. 9. Particulam δέ quarto vel qninto loco poni post artioris coniunctionis vocabula docet

καὶ τὸν ἑαυτοῦ; ὁ μὲν γὰρ τεκτονικὴν ἐπιστάμενος
ὁμοίως ἂν καὶ ἄλλῳ δύναιτο ἐργάζεσθαι ὅ τιπερ καὶ
ἑαυτῷ, καὶ ὁ οἰκονομικός γ᾽ ἂν ὡςαύτως. Ἔμοιγε δο-
κεῖ, ὦ Σώκρατες. Ἔστιν ἄρα, ἔφη ὁ Σωκράτης, τὴν 4
τέχνην ταύτην ἐπισταμένῳ, καὶ εἰ μὴ αὐτὸς τύχοι
χρήματα ἔχων, τὸν ἄλλου οἶκον οἰκονομοῦντα, ὥςπερ
καὶ οἰκοδομοῦντα, μισθοφορεῖν; Νὴ Δία καὶ πολύν
γε μισθόν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, φέροιτ᾽ ἄν, εἰ δύναι-
το οἶκον παραλαβὼν τελεῖν τε ὅσα δεῖ καὶ περιουσίαν

ἔμοιγε δοκεῖν mutato, verba καὶ ὁ οἰκ. —, ὦ Σώκρατες, Critobulo tribuenda visa erant. in Corrigendis deinde Ἢ καὶ loco vulgato delet, et postea scribit ἢ καὶ ὁ οἰκονομικός γ᾽ ἂν ὡςαύτως, quod voluerat Schneiderus. Hic in cens. Oec. ed. Kuster. Annal. Liter. Ien. 1812. p. 453. nihil mutandum, nisi ἢ ante οὐκ ἂν inserendum censet.

§. 4. φέροιτ᾽ ἄν. L. φέρειν τ᾽; A. C. D. φέρει, sed in A. φέροι correctum; Y. φέροι.

Saupp. ad Xen. Comment. IV, 1, 3: οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐπὶ πάντας ᾔει. R. Eq. XI, 8: ἐπὶ τῶν τοιούτων ἤδη δὲ ἱππαζόμενοι ἵππων καὶ θεοὶ καὶ ἥρωες γράφονται. — Particulae καὶ — δέ inserviunt complendae Critobuli orationi; addit enim Socrates: „(non solum suam,) sed alienam etiam domum.“ V. §. 13. Omnino significant novae rei accessionem. V. §. 20. VIII, 8. al. — Alterum καί mox post ὥςπερ infertur, quia solet in comparationibus haec particula ex abundanti addi. V. Saupp. ad Xen. Comment. III, 2, 6. Duplex καί est etiam in iis, quae statim sequuntur; infra VI, 3. IX, 19. Comment. I, 6, 3. III, 5, 13. Popp. Cyr. V, 3, 33. V, 5, 46. VIII, 2, 5. Heind. Plat. Phaed. p. 64. C.

§. 4. ἐπισταμένῳ] Intelligas τινί, de quo pronomine in sententiis generalibus, quae indefinitum habent subiectum, saepe omisso v. Matth. §. 556, 4. Xen. Anab. I, 3, 14: ἐλθόντας δὲ Κῦρον αἰτεῖν πλοῖα, ὡς ἀποπλέοιεν, ubi v. Krüger. Vide imprimis Saupp. ad Xen. Comment. I, 4, 14: οὔτε γὰρ βοὸς ἂν ἔχων σῶμα, ἀνθρώπου δὲ γνώμην, ἠδύνατ᾽ ἂν πράττειν ἃ ἐβούλετο, et Bornem. ad Symp. I, 8. Cf. infra §. 11: ἀποδιδομένοις. II, 6.

καὶ εἰ] Harum particularum sic coniunctarum exemplis a Reisigio allatis e Xenophonte Kerst. addit haec: Hell. II, 4, 25. VII, 1, 8. Anab. III, 2, 24. Quid intersit inter καὶ εἰ et εἰ καί, docet Hermann. ad Viger. p. 832. Hartung. Gr. Gr. §. 777.

οἰκονομοῦντα] Accusativus, non dativus; igitur artius hoc participium coniungas cum infinitivo μισθοφορεῖν. Hier. II, 8: Εὐθὺς γὰρ τοῖς μὲν ἰδιώταις, ἂν μὴ ἡ πόλις αὐτῶν κοινὸν πόλεμον πολεμῇ, ἔξεστιν ὅποι ἂν βούλωνται πορεύεσθαι μηδὲν φοβουμένους κτλ. Comment. I, 5, 5. Cyr. II, 1, 15. Hell. IV, 1, 35. Krüger. Anab. I, 2, 1. infra VIII, 21. XIII, 9. XVI, 3. XX, 7. Viger. p. 337 sq. Rost. §. 127. not. 2.

καὶ πολύν γε] adeo magnam mercedem. V. §. 6: καὶ πολλούς γε. §. 15. et ad III, 1.

5 ποιῶν αὔξειν τὸν οἶκον. Οἶκος δὲ δὴ τί δοκεῖ ἡμῖν εἶναι; ἆρα ὅπερ οἰκία, ἢ καὶ ὅσα τις ἔξω τῆς οἰκίας ἐκέκτητο, πάντα τοῦ οἴκου ταῦτά ἐστιν; Ἔμοιγ' οὖν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, δοκεῖ, καὶ εἰ μηδ' ἐν τῇ αὐτῇ πόλει εἴη τῷ κεκτημένῳ, πάντα τοῦ οἴκου εἶναι, ὅσα τις
6 κέκτηται. Οὐκοῦν καὶ ἐχθροὺς κέκτηνταί τινες; Νὴ Δία καὶ πολλούς γε ἔνιοι. Ἦ καὶ κτήματα αὐτῶν φήσομεν εἶναι τοὺς ἐχθρούς; Γελοῖον μεντἂν εἴη, ἔφη

§. 5. *Οἶκος δὲ δὴ τί.* Sic G. A. C. Vill.; Vict. *οἶκος δὲ δεῖ δὴ τί*; L. *δὴ* inter *δὲ* et *τί* supra scriptum habet; vulgo *δὴ* abest. — G. *τῆς οἰκίας ἔξω τις*, quem verborum ordinem cum Schneidero recepit Reisig.; *καὶ* in G. addidit manus sec. — Schneid. in cens. Oec. ed. Kuster. l. c. pro *ἐκέκτητο* coniecit *κέκτηται*, quod cum Dindorfio recepit Kerst.; Heindorfio olim placuit *κεκτῇτο*. — Streb., qui vertit: quamvis earum dominus in eadem urbe nihil habeat rei, legisse videtur: *μηδὲν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει*.

§. 6. L. *κτήματα φήσομεν αὐτῶν εἶναι*; Vict. om. *εἶναι*, quod in G. non nisi margini adscriptum est. — A. om. *εἶναι*, in G. addit m. sec. — *φέροι*. A. supra *οι* duas habet literas, quae esse possunt *το*. Monente Zeunio Weisk. et Schneider. scripserunt *φέροιτο*. Activam formam primus vindicavit Moschius (Animadv. in

§. 5. *ἐκέκτητο*] Bernhardy Synt. p. 380. interpretatur: er erwarb sich einmal. Rectius vertas: quotcunque nescio quo tempore possidebat. Confunduntur enim duo tempora diversa, quae una in mente habuit auctor: dicendum erat aut: *ἢ καὶ ὅσα τις ἔξω τῆς οἰκίας κέκτηται, πάντα τοῦ οἴκου ταῦτά ἐστι*; aut: *ἢ καὶ ὅσα τις ἔξω τῆς οἰκίας ἐκέκτητο, πάντα τοῦ οἴκου ταῦτα ἦν*; Significatur igitur plusquamperfecto (quod vim habet imperfecti), si quae olim quis possederit, nunc autem amiserit, etiam ea tum referenda fuisse ad domum. Haud dissimilis est usus imperfecti *ἦσαν* in §. 20.

ἐν τῇ αὐτῇ — τῷ κεκτημένῳ] in eadem civitate, in qua habitat possessor. Symp. VIII, 35: *κἂν μὴ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει ταχθῶσι τῷ ἐραστῇ.* V. Rost. §. 105, 5. Matth. §. 385, 1. Hart. §. 601, 2.

§. 6. *φέροι*] Auferendi notionem *φέρειν* aeque habet ac *φέρεσθαι*. Anab. I, 3, 21: *προσαιτοῦσι δὲ μισθὸν ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι δώσειν, οὗ πρότερον ἔφερον.* ibid. IV, 1, 6. VII, 6, 7. Hell. IV, 5, 4. Plat. Lys. p. 208. A., ubi v. Heind. Soph. Oed. Col. v. 6. — H. l. *φέροι* non ideo, quod paulo antea (§. 4.) legimus *μισθὸν — φέροιτ' ἄν*, plus habet offensionis. Cf. Comment. III, 14, 1., ubi in eodem enuntiato est *οἱ φέροντες* et *τῶν φερομένων*, utrumque eadem auferendi notione usurpatum. Cf. infra XXI, 4: *παρέχεσθαι* et *παρέχειν*. Anab. III, 1, 5: *ἀνακοινοῦται* et *ἀνακοινῶσαι*, quorum hoc magis Atticum perhibent grammatici; v. Moer. Att. p. 20. Hier. II, 9. et 10: *στρατεύωνται* et *στρατεύωσι*, alia. Cf. ad IV, 7.

§. 7. *Ὅτι τοι*] Haec causam continent, cur Socrates modo quaesierit: *Ἦ καὶ κτήματα αὐτῶν φήσομεν εἶναι τοὺς ἐχθρούς;* item Cyr. IV, 5, 11: *ὅτι νὴ Δί', ἔφη, ἀκούω ἀφεστηκότας τῶν πολεμίων Ὑρκανίους τινὰς καὶ ἐλθόντας δεῦρο οἴχεσθαι ἡγουμένους αὐτῷ.* ibid. VI, 3, 20: *ὅτι*

ὁ *Κριτόβουλος*, εἰ ὁ τοὺς ἐχθροὺς αὔξων προσέτι καὶ
μισθὸν τούτου φέροι. Ὅτι τοι ἡμῖν ἐδόκει οἶκος ἀν- 7
δρὸς εἶναι ὅπερ κτῆσις. *Νὴ Δί'*, ἔφη ὁ Κριτόβου-
λος, ὅ τι γέ τις ἀγαθὸν κέκτηται· οὐ μὰ Δί' οὐκ
εἴ τι κακόν, τοῦτο κτῆμα ἐγὼ καλῶ. *Σὺ δ'* ἔοικας
τὰ ἑκάστῳ ὠφέλιμα κτήματα καλεῖν. *Πάνυ μὲν οὖν*,
ἔφη· τὰ δέ γε βλάπτοντα ζημίαν ἔγωγε νομίζω μᾶλ-
λον ἢ χρήματα. *Κἂν ἄρα γέ τις* ἵππον πριάμενος μὴ 8

Xen. Oec. Specimen. p. 2 sqq.), restituerunt Reisig. (in cuius ed. cens. l. c. eandem probavit Schneider.) Dind. Kerst.

§. 7. Ὅτι τοι. Wyttenbach ad Plut. de S. N. Vind. p. 89. corrigit οὔτι τοι; Reisig. ὅτι τί, sed in Corrigendis locum sanum esse dicit. — D. ὅπερ καὶ κτῆσις. — C. ὅτι γε τόσον pro ὅτι γε τις; D. ὅτι γέ τοι. — A. οὐκ ἔτι κακόν. — τοῦτο κτῆμα ἐγὼ καλῶ dant G. L. A C. D. Schneid. Reisig. Dind Kerst.; vulgo κτῆμα ἐγὼ τοῦτο καλῶ; E. ἐγὼ κτῆμα τοῦτο καλῶ; Vict. τοῦτο τὸ κτῆμα; Vill. τοῦτο τὸ καλῶ. — δ' ante ἔοικας, quod vulgo abest, Schneid. addidit ex L., ubi suprascriptum est a man. sec. — μᾶλλον νομίζω vulgatum et a Weiskio servatum cum Zeunio Schneid. mutavit in νομίζω μᾶλλον. — C. D. ἐγὼ νομίζω, quod placuisse videtur Schneidero, quem offendit duplex γε.

εἶπας κτλ., τοῦτο κτῆμα ἐγὼ καλῶ. Paene scripsissem quod vulgo legebatur κτῆμα ἐγὼ τοῦτο καλῶ (v. ad II, 16.), sed vetat optimorum librorum consensus

Σὺ δ' ἔοικας] Δέ in responsionibus indicat obiectionem. V. Reisig. ad h. l. Herbst. ad Comment. II, 9, 2. Matth. §. 616, 2. Rost. §. 134, 6. not. 3. Neque vero h. l. quominus hanc vim habeat particula, obstat, quod revera non contradicit Critobulo Socrates; immo talis obiectio, quae dubitationis aliquid habere videatur, Socraticae disputandi rationi, quae vocatur μαιευτική, optime convenit. Sed δέ, uti abest a libris, ita non necessarium est. Quare haud scio, an nimiam uni cod. Lips. manui secundae habuerint fidem, qui illud δέ vel inseruerunt, vel servarunt. Cf. §. 12: Λέγειν ἔοικας, ὦ Σώκρατες, ὅτι κτλ.

τὰ δέ γε] Hae particulae si usurpantur in continuata oratione, complendi et augendi vim habent, infra VIII, 23. Anab V, 5, 18. Cyr. I, 6, 26., ubi v. Born. Hartung. Gr. Gr. §. 795.; sin autem, ubi altera persona excipit orationem, vel corrigitur prioris personae sententia, vel certe adversando augetur. V. Cyr. 6, 18. ibique Born. Porson. ad Eur. Or. 1234. — Alterum γε (in ἔγωγε) minime displicet: nam, quum γὲ vim distinguendi habeat, sive restrictivam, sive intensivam (v. Herm. ad Viger. p. 824 sq. Hartung. §. 793.), recte bis ibi ponitur, ubi duae sunt notiones, quae distinguuntur. V. Matth. §. 602. Plat. Protag. p. 310. B: Οὐδέν γ', ἢ δ' ὅς, εἰ μὴ ἀγαθά γε, ubi v. Stallb. Herm. ad Viger. p. 827. et ad Soph. Philoct. v. 441.

χρήματα] Schneider.: „Ludit Socrates ambiguitate vocabulorum κτήματα et χρήματα, quae hac quidem in disputatione idem fere valere dici possunt, et ordinem argumentationis veritatemque non pervertunt." Haec minus recte disputavit. Est enim Critobuli sententia: Sane quidem,

ἐπίστηται αὐτῷ χρῆσθαι, ἀλλὰ καταπίπτων ἀπ' αὐτοῦ
κακὰ λαμβάνῃ, οὐ χρήματα αὐτῷ ἐστιν ὁ ἵππος; Οὔκ,
εἴπερ τὰ χρήματά γ' ἐστὶν ἀγαθόν. Οὐδ' ἄρα γε ἡ γῆ ἀν-
θρώπῳ ἐστὶ χρήματα, ὅςτις οὕτως ἐργάζεται αὐτήν, ὥς-
τε ζημιοῦσθαι ἐργαζόμενος; Οὐδὲ ἡ γῆ μέντοι χρήματά
9 *ἐστιν, εἴπερ ἀντὶ τοῦ τρέφειν πεινῆν παρασκευάζει. Οὐκ-*
οῦν καὶ τὰ πρόβατα ὡςαύτως, εἴ τις διὰ τὸ μὴ ἐπίστα-
σθαι προβάτοις χρῆσθαι ζημιοῖτο, οὐδὲ τὰ πρόβατα
χρήματα τούτῳ εἴη ἄν; Οὔκουν ἔμοιγε δοκεῖ. Σὺ ἄρα,
ὡς ἔοικε, τὰ μὲν ὠφελοῦντα χρήματα ἡγῇ, τὰ δὲ βλά-
10 *πτοντα οὐ χρήματα. Οὕτως. Ταὐτὰ ἄρα ὄντα τῷ μὲν*
ἐπισταμένῳ χρῆσθαι αὐτῶν ἑκάστοις χρήματά ἐστι, τῷ
δὲ μὴ ἐπισταμένῳ οὐ χρήματα· ὥςπερ γε αὐλοὶ τῷ μὲν

§. 8. L. G. *ἐπίσταται*, sed in G. a m. sec. suprascriptum est vulgatum *ἐπίσταιτο*; D. *ἐπίστατο*; Zeun. dedit *ἐπίστηται*, quod est in Vict. — G. *τῷ αὐτῷ χρῆσθαι*. — E. *οὐ χρήματα ἔτι αὐτῷ ἐστιν*. — *γ'* post *χρήματα*, quod Weisk. et seqq. edd. inseruerunt, est in L. et Vict. — *μέντοι χρῆμα* L. G. A. C. D. Vict., sed G. *τα* suprascriptum addit. — Vict. *πεινεῖν* pro *πεινῆν*.

V. 9. Schneid. *Οὔκουν καί*. — B. om. *χρήματα — ὠφελοῦντα*. — Iunt. Bas. II. om. *τὰ* ante *μέν*. — G. a pr. m. *Οὕτω*, quod recepit cum Dind. Kerst.

§. 10. G. *ἢ οἱ ἄχρηστοι λίθοι*.

§. 11. *Τοῦτ' αὐτὸ* pro vulgato *τοῦτ' αὖ*, probante Weiskio, quae sunt utilia, ea dico *κτήματα*, at vero, quae cum detrimento sunt coniuncta, ea poenam esse existimo, non (*κτήματα*, nedum) *χρήματα*. Altero loco igitur non *κτήματα* (quae quis possidet), sed *χρήματα* (quorum usus fructum aliquem parat) usurpatur, quia haec accuratius opponuntur notioni, quam habet *ζημία*. De horum vocabulorum discrimine Reisig. apte laudat Stob. Serm. XCV. p. 523, 5 sqq.: *διὸ καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἔλεγον οὐκ ἀηδῶς. Ἔφασαν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὓς μὲν χρήματα ἔχειν, οὓς δὲ κτήματα· οὓς μὲν γὰρ χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν, οὓς δὲ μόνον κεκτῆσθαι, οὔτε ἑαυτοῖς οὔτε ἄλλοις μεταδιδόντας καὶ προϊεμένους*. Notionem ibi explicatam habet *χρήματα* etiam in iis, quae sequuntur.

§. 8. *οὐ χρήματα αὐτῷ ἐστιν ὁ ἵππος;*] Haec verba Reisig. affirmative pronuntiari vult. Sed interrogatio sit necesse est, quia interroganti tantum, et dubitanter quidem, Socrati paulo acerbius respondere poterat Critobulus, quod ei ille per iocum exprobrat infra II, 11. Eandem ob causam iis quoque, quae mox loquitur Socrates, interrogationis signum apposui. — Cod. E. lectionem non omnino damnaverim. *οὐ — ἔτι* est: non item (sc. atque ei, qui equo uti callet); v. ad XXI, 11. — De hoc dicendi genere: *χρήματα — ἀγαθόν* v. Bernhardy. Synt. p. 65. Rost. §. 100, 4. c. — De sententia cf. Comment. II, 3, 7: *ὥςπερ ἵππος τῷ ἀνεπιστήμονι μέν, ἐγχειροῦντι δὲ χρῆσθαι ζημία ἐστὶν κτλ.*

εἴπερ] V. Herm. ad Viger. p.

ἐπισταμένῳ ἀξίως λόγου αὐλεῖν χρήματά εἰσι, τῷ δὲ μὴ
ἐπισταμένῳ οὐδὲν μᾶλλον ἢ ἄχρηστοι λίθοι, εἰ μὴ ἀπο-
διδοῖτό γε αὐτούς. Τοῦτ' αὐτὸ φαίνεται ἡμῖν, ἀπο- 11
διδομένοις μὲν οἱ αὐλοὶ χρήματα, μὴ ἀποδιδομένοις
δέ, ἀλλὰ κεκτημένοις οὔ, τοῖς μὴ ἐπισταμένοις αὐτοῖς
χρῆσθαι. καὶ ὁμολογουμένως γε, ὦ Σώκρατες, ὁ λό-
γος ἡμῖν χωρεῖ, ἐπείπερ εἴρηται τὰ ὠφελοῦντα χρή-
ματα εἶναι. μὴ πωλούμενοι μὲν γὰρ οὐ χρήματά εἰ-
σιν οἱ αὐλοί· οὐδὲν γὰρ χρήσιμοί εἰσι· πωλούμενοι
δὲ χρήματα. πρὸς ταῦτα δ' ὁ Σωκράτης εἶπεν, Ἢν 12
ἐπίστηταί γε πωλεῖν. εἰ δὲ πωλοίη αὖ πρὸς τοῦτον,
ὃς μὴ ἐπίστηται χρῆσθαι, οὐδὲ πωλούμενοί εἰσι χρή-
ματα κατά γε τὸν σὸν λόγον. Λέγειν ἔοικας, ὦ Σώ-

comprobatum etiam Dindorfio et Kerstio, dedit Schneid., sed idem in cens. Oec. ed. Kuster. l. c. restituit vulgatam scripturam; Reisig. Coniect. ad Aristoph. I. p. 278. *τοῦτ' αὐ* originem duxisse ex *τοῦτο* suspicatur; scribere malim *τοῦτ' οὖν*. Cum Schneidero male Reisig. totam hanc paragraphum tribuit Critobulo. — Schneidero scribendum videtur *τοῖς γε μή*. — E. *ὁμολογούμενος*. — D. Bas. I. II. om. *μὲν* ante *γάρ*. — B. E. Bas. I. II. *οὐδὲ γὰρ χρήσ.*

§. 12. Dind., praeeunte Schneidero in cens. Oec. ed. Kuster. l. c., scribi iubet *ὃς μὴ ἐπίσταιτο*. — G. L. A. B. C. D. E. Ald. Cast. Bas. *εἰ μή τις ἐπιστῆται*; Steph. et recc. edd. *εἰ — ἐπίσταιτο*; Dindorfio obsecutus scripsi *ἢν ἐπίστηται*.

833 sq. Respiciuntur in §. 7. verba *Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κρ., ὅτι γέ τις ἀγαθὸν κέκτηται.*

§. 9. *Οὐκοῦν καὶ τὰ πρόβατα —, οὐδὲ τὰ πρόβατα*] Leunclav.: Ergo idem de ovibus statuendum, si quis propterea, quod ovibus uti nesciat, damnum accipiat, ne oves quidem ei facultates esse? Cf. Plat. Phaed. p. 68, C: *Οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη, —, ἆρ' οὐ τούτοις μόνοις προσήκει τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγωροῦσί τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν;*

Οὕτως] *Οὕτως* cum Frotschero ad Hier. I, 3. habeo pro primaria forma, „quam veteres Graeci ubique ponerent, ubi aut finis esset sententiae, aut maximum eius pondus in hoc adverbium caderet." Hartung. §. 67. *Οὕτως* derivatur ab *οὗτος* eadem ratione, qua *ὥς* ab *ὅς*. V. VI, 7. VII, 15.

§. 10. *ἢ ἄχρηστοι λίθοι*] Licet non iniuria cum Zeunio exspectemus scribi potius *ἢ ἄχρηστα ξύλα*, Reisigio tamen adstipulamur, qui nihil inepti habere haec verba censet.

§. 11. *οὐδὲν — χρήσιμοι*] Fortius ita negatur quam per *οὐ χρήσιμοι*. V. Saupp. Hipparch. VII, 11. Kühner. §. 557. b. not. 4.

§. 12. *ὃς μὴ ἐπίστηται*] *Ὅς*, quanquam antecedit *τοῦτον*, non ad certam spectat personam. Infra VII, 20: *ὅ τι εἰςφέρωσιν*. De particula *ἄν* in eiusmodi enuntiationibus raro apud Atticos omissa vide Rost. §. 123. annot. 1. Matth. §. 527. annot. 2. Kühner. §. 796.

κρατες, ὅτι οὐδὲ τὸ ἀργύριόν ἐστι χρήματα, ἢν μή
13 τις ἐπίστηται χρῆσθαι αὐτῷ. Καὶ σὺ δέ μοι δοκεῖς
οὕτω συνομολογεῖν, ἀφ' ὧν τις ὠφελεῖσθαι δύναται
χρήματα εἶναι. εἰ γοῦν τις χρῷτο τῷ ἀργυρίῳ, ὥςτε
πριάμενος οἷον ἑταίραν διὰ ταύτην κάκιον μὲν τὸ σῶ-
μα ἔχοι, κάκιον δὲ τὴν ψυχήν, κάκιον δὲ τὸν οἶκον,
πῶς ἂν ἔτι τὸ ἀργύριον αὐτῷ ὠφέλιμον εἴη; Οὐδα-
μῶς, εἰ μή πέρ γε καὶ τὸν ὑοςκύαμον καλούμενον
χρήματα εἶναι φήσομεν, ὑφ' οὗ οἱ φαγόντες αὐτὸν
14 παραπλῆγες γίγνονται. Τὸ μὲν δὴ ἀργύριον, εἰ μή
τις ἐπίσταιτο αὐτῷ χρῆσθαι, οὕτω πόῤῥω ἀπωθείσθω,
ὦ Κριτόβουλε, ὥςτε μηδὲ χρήματα εἶναι. οἱ δὲ φίλοι,
ἢν τις ἐπίστηται αὐτοῖς χρῆσθαι, ὥςτε ὠφελεῖσθαι ἀπ'
αὐτῶν, τί φήσομεν αὐτοὺς εἶναι; Χρήματα νὴ Δί',
ἔφη ὁ Κριτόβουλος, καὶ πολύ γε μᾶλλον ἢ τοὺς βοῦς,

§. 13. A. C. D. *τὸ σῶμα ἔχει.* — Marg. G. B. Iunt. Bas. II. *εἰ πέρ γε*; Ald. marg. Steph. I. *εἰ μή γε*; D. *εἰ μή περ καί*; Vill. *εἰ μὴ περὶ καί*; Vict. cum cett. libris et edd. *εἰ μὴ πέρ γε καί*. Cf. VII, 17. Symp. V, 6. — *τὸν υἱοςκίαμον* edd. vett.; A. E. *ὑοσκύαμον*; B. *τὸν ὑοςκίαμον.* — *αὐτὸν* addidit Steph., quud habent G. et Vict.; in A. D. est *αὐτοί*; in C. *αὐτό.* — *γίγνονται* dedit Diud. ex A. C. D. L; antea *γίνονται.*

§. 14. *Τὸ μέντοι ἀργ.* B. — E. edd. vett. *ἢν τις ἐπίσταιτο*, quod est in G. et E. suprascriptum. — C. *ὠφελιμώτερον.* — Schneid. in cens. Oec. ed. Kuster. l. c. commendat *ἢ — εἰσι* pro *ἢν — ὦσι.*

§. 15. Ex L. G. A. C. D. Vict. Vill. dedi *ἐχθροί γε*, cum antea *γε* omissum esset. Idem flagitat Schneid. in cens. Oec. ed. Kuster.

§. 13. *οἷον*] verbi causa. Cf. infra IX, 9. XX, 7. Comment. II, 1, 4.

ὥςτε — — ἔχοι] Vid Rost. §. 122, 9, c. — *κάκιον* adverbialiter accipiendum: ita ut peius se habeat quoad corpus.

αὐτὸν] omitti poterat. V. ad III, 10. V, 3. XIV, 9.

§. 14. *ὥςτε μηδὲ χρήματα εἶναι*] Verte: Quare argentum, si quis uti eo non calleat, ita longe abiiciat, ut ne possessio quidem sit, h. e. quod ne usurpare quidem, etiam si velit, possit; nam si posset, modo cum damno ipsius usurpatio coniuncta foret.

οἱ δὲ φίλοι, — τί φήσομεν αὐτοὺς εἶναι] Proprie oratio sic procedere debebat: *οἱ δὲ φίλοι τί δοκοῦσιν ἡμῖν εἶναι*, vel similiter. V. Matth. §. 631, 1. Buttm. §. 151. II, 5. Rost. §. 137, 4. a. *α.* p. 726. (759 ed. VI.). Cf. Frotscher. Hier. IV, 1: *ἀλλ' ὥςπερ οἱ ἀθληταὶ οὐχ ὅταν ἰδιωτῶν γένωνται κρείττονες, τοῦτ' αὐτοὺς εὐφραίνει.*

§. 15. *Καὶ οἱ ἐχθροί γε*] Vel adeo inimici. V. ad III, 1. De duplici *γὲ* v. ad §. 7.

§. 16. *Ἀλλὰ γὰρ*] Sed de hac re nihil addas; satis enim etc. *Ἀλλά* esse tutius enuntiati instar cognoscitur ex iis locis, quibus utrique particulae interponitur

ἢν ὠφελιμώτεροί γε ὦσι τῶν βοῶν. Καὶ οἱ ἐχθροί 15
γε ἄρα κατά γε τὸν σὸν λόγον χρήματά εἰσι τῷ δυ-
ναμένῳ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. Ἔμοιγ' οὖν δο-
κεῖ. Οἰκονόμου ἄρα ἐστὶν ἀγαθοῦ καὶ τοῖς ἐχθροῖς
ἐπίστασθαι χρῆσθαι, ὥςτε ὠφελεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν.
Ἰσχυρότατά γε. Καὶ γὰρ δὴ ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Κριτό-
βουλε, ὅσοι μὲν δὴ οἶκοι ἰδιωτῶν εἰσιν ηὐξημένοι ἀπὸ
πολέμου, ὅσοι δὲ τυράννων. Ἀλλὰ γὰρ τὰ μὲν κα- 16
λῶς ἔμοιγε δοκεῖ λέγεσθαι, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Κρι-
τόβουλος· ἐκεῖνο δ' ἡμῖν τί φαίνεται, ὁπόταν ὁρῶμέν
τινας ἐπιστήμας μὲν ἔχοντας καὶ ἀφορμάς, ἀφ' ὧν
δύνανται ἐργαζόμενοι αὔξειν τοὺς οἴκους, αἰσθανώ-
μεθα δὲ αὐτοὺς ταῦτα μὴ θέλοντας ποιεῖν, καὶ διὰ
τοῦτο ὁρῶμεν ἀνωφελεῖς οὔσας αὐτοῖς τὰς ἐπιστήμας;
ἄλλο τι ἢ τούτοις αὖ οὔτε αἱ ἐπιστῆμαι χρήματά εἰ-

l. c. coll. §. 8. — A. C. om. alterum γε. — L. ἔμοι γοῦν; B. ἔμοιγε οὖν. — A. γὰρ ὁρᾷς. — B. ὅσοι μέντοι οἶκοι. — ηὐξημένοι εἰσὶν A. C. D. L. Diud. Kerst. — ὅσοι δὲ ἀπὸ τυραννιῶν L. G. codd. Streb. A. B. C. D. E. (sed in D. τυραννιῶν est supra lineam a correctoris manu) edd. vett. et recc. usque ad Weiskium, qui correxit ὅσοι δὲ τυράννων, cum iam ante eum Bach. e marg. Steph. recepisset ὅσοι δὲ ἀπὸ τυράννων, olim comprobatum Camerario, deinde Moschio p. 7. cl. Hell. II, 4, 1.

§. 16. Ἀλλὰ (om. γὰρ) B. D. edd. vett.; γὰρ habet etiam Vict. — G. a pr. m. ἔμοι δοκεῖ. — E. om. ἀφ' ὧν — οἴκους. — Vulgo αἰσθανόμεθα, quod correxit Schneid. in cens. Oec. ed. Kuster. l. c. p. 454. et Kerst.

verbum aliquod, velut Cyr. II, 1, 13: Ἀλλὰ γιγνώσκω γάρ, ἔφη, ὅτι κτλ. V. infra VIII, 2. XI, 11. Anab. V, 7, 11: Ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ περὶ τούτων τὰ εἰρημένα. III, 2, 32: Ἀλλὰ γὰρ περαίνειν ἤδη ὥρα. Cf. ibid. §. 26. Cyr. VI, 2, 22. VII, 1, 49. Kühner. §. 754. e. Rost. §. 134. C. 7. a. p. 739 ed. VI. Matth. §. 615.

ἐκεῖνο] Hoc pronomen interdum spectat quae sequuntur. Symp. IV, 40: πλεῖστον δ' ἄξιον κτῆμα ἐν τῷ ἐμῷ πλούτῳ λογίζομαι εἶναι ἐκεῖνο, ὅτι κτλ., ubi Herbst. allegat §. 49. et V, 7. Cyr. V, 2, 35. Cf. Matth. §. 472. e. not. Kühner. §. 631, 2.

ἐργαζόμενοι] Hoc verbum absolute usurpatum, ut πονεῖν, praeter §. 21. reperitur etiam Vectig. IV, 22.

αἰσθανώμεθα] Diud. indicativum retiuuit. Neque a tali dicendi genere nostra lingua abhorret: wir bemerken aber etc. Similis locus, quem affert Bernhardy. Synt. p. 388., exstat in Lycurgo p. 168: καὶ γὰρ δεινὸν καὶ σχέτλιον, ὅταν νομίζῃ δεῖν Λεωκράτης ἴσον ἔχειν —, ἀλλ' ἥκει ἱερῶν ὁσίων ἀγορᾶς νόμων πολιτείας μεθέξων, ubi Bekker., invitis libris, dedit ἥκῃ.

ἄλλο τι ἢ] Ita fortius interrogatur quam per οὔκουν —; Anab. IV, 7, 5: Ἢν δὲ τοὺς λίθους ἀναλώσωσιν, ἔφη ὁ Ξενο-

17 σιν οὔτε τὰ κτήματα; Περὶ δούλων μοι, ἔφη ὁ Σω-
κράτης, ἐπιχειρεῖς, ὦ Κριτόβουλε, διαλέγεσθαι; Οὐ
μὰ Δί', ἔφη, οὐκ ἔγωγε, ἀλλὰ καὶ πάνυ εὐπατριδῶν
ἐνίων γε δοκούντων εἶναι, οὓς ἐγὼ ὁρῶ τοὺς μὲν πο-
λεμικάς, τοὺς δὲ καὶ εἰρηνικὰς ἐπιστήμας ἔχοντας, ταύ-
τας δὲ οὐκ ἐθέλοντας ἐργάζεσθαι, ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι,
18 δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι δεσπότας οὐκ ἔχουσιν. Καὶ πῶς
ἄν, ἔφη ὁ Σωκράτης, δεσπότας οὐκ ἔχοιεν, εἰ εὐχόμε-
νοι εὐδαιμονεῖν καὶ ποιεῖν βουλόμενοι ἀφ' ὧν ἔχοιεν
ἀγαθὰ ἔπειτα κωλύονται ποιεῖν ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀρχόν-
των; Καὶ τίνες δὴ οὗτοί εἰσιν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος,
19 οἳ ἀφανεῖς ὄντες ἄρχουσιν αὐτῶν; Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη

Pro *οὔτε κτήματα* Zeno. dedit *οὔτε τὰ κτήμ.*, quod est in Vill. Vict. G. A. C. D. E. L; B. *οὔτε χρήματα.*

§. 17. *ἐνίων γε δοκούντων*, quod est in L. G. A. C. D. E. (C. dat *δοκοῦνται*), iam probatum a Schneidero in cens. Oec. ed. Kuster. l. c., recepit Diod.; antea *δοκούντων γε ἐνίων*. — *καὶ* ante *πολεμικὰς* cum B. Iunt. Bas. II. Diod. Kerst., probante etiam Schneidero, omisi. — *ταύτας* om. C. — A. om. *ὅτι* ante *δεσπότας*. — Vulgo *οὐκ ἔχοιεν*; Schaefer. dedit *ἔχουσιν*, quod cum Dind. exhibuit Kerst.; Schneid. l. c. proponit *δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ δεσπότας μὴ ἔχειν*; Bornem. Apol. §. 17. tuetur vulgatam.

§. 18. *εἰ οἱ εὐχόμενοι* A. — Ald. *κωλύωνται.* — G. L. *οὗτοί εἰσιν, ἔφη ὁ Κρ.*, quod dant cum Weisk. Schneid. et Dind.; A. C. D.

φῶν, ἄλλο τι ἢ οὐδὲν κωλύει παριέναι; II, 5, 10. Hartung. §. 1068. Rost. §. 122b. 8. a. aa. ζ. p. 670 ed. VI. Kühner. §. 836. e.

§. 17. **οὓς —, τοὺς μὲν — τοὺς δὲ**] Cf. III, 5: *γεωργοῦντας, τοὺς μὲν ἀπολωλέναι φάσκοντας —, τοὺς δὲ — πάντα ἔχοντας.* Matth. §. 289, 8. Buttm. §. 126, 2. Rost. §. 101, 3. b.

οὐκ ἔχουσιν] Verissime Voigtländer: non posse *ὅτι δεσπότας οὐκ ἔχοιεν* e mente *τῶν οὐκ ἐθελόντων ἐργάζεσθαι* dictum esse, quia *οὐκ ἔχοιεν*, non *μὴ ἔχοιεν* scriptum sit. Atque veri est simillimum librarium haec verba scribentem aberravisse ad ea, quae sequuntur. Sed haud scio, an Schneideri coniectura praeferenda sit Schaeferianae, modo ille, quod monet Bornem., *οὐκ ἔχειν*, non *μὴ ἔχειν* scripsisset. *δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ δεσπότας οὐκ ἔχειν* in verborum contextum recipere non dubitassem, si praeter A. alii etiam libri omitterent *ὅτι.*

